

Æternò fidas junxissent foedere dextras?
Nam neq; mistus equo Arcitenens in Scorpion
arcum.

Direxit, veteriq; citam de more sagittam.
Libraq;, q̄sæ novit cunctarum pondera rerum,
Illò visa die est geminas æquasse bilances.
Tunc quoq; binorum cœlestia corpora Piscium
Exercere vagos nitido simul æthere lusus,
Tunc Caprum, celebre Augusti natalibus astrum,
Ludere cum socio in numerum Ganymede vi-
deres.

Singula quid referam? Gaudent Procyonq; Le-
pusq; ,

Mitius & torret subjectos Sirius agros.
Destitit & nitidum dorso cratera ferentis
Corvus edax Hydræ discerpere viscera morfu.
Sic Septem Errones, sic & Lux maxima Mundi
Cynthius, & totus nova gaudia sensit Olympus.
O felix! ò læta dies! ò Numine plena!
Nec saltem hæc cœlum mansit fortuna, sed æquè
Inferior natura vicem ac nova foedera mundi
Sensit, & ablatos spatiosi tempore belli
Jam postliminiò reddi sibi gestit honores.
Quippè omnes mundi distincto cardine partes
Unani-